THESES EX UNIVERSA THEOLOGIA QUAS IN CAESAREO REGIA...

THESES
EX
UNIVERSA THEOLOGIA
QUAS
IN CAESAREO-REGIA
SCIENTIARUM
UNIVERSITATE PATAVINA
PRO OBTINENDO
DOCTORIS IN SS. THEOLOGIA
GRADU ACADEMICO
PUBLICE DEFENDENDAS SUSCEPIT
PETRUS ANTONIUS ITALIANO
ARCHI-DIOECESEOS UTINENSIS PRESBYTER
ET STUDIORUM BIBLICORUM VETERIS FOEDERIS AC LINGUARUM ORIENTALIUM
IN EADEM UNIVERSITATE
PROFESSOR SUPPLENS

DIE V AUGUSTI MDCCCLXV

PATAVII
TYPIS SEMINARII
MDCCCLXV

P ITALIANO CUR

AMPLISSIMIS HONORIBUS

EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

JOSEPHI ALOISII TREVISANATO

S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS

TITULI SS. NEREI ET ACHILLEI

S. C. R. A. MAJESTATIS A CONSILIIS INTIMIS
IMP. ORD. AUSTRIACI CORONAE FERREAE MAGNAE CRUCIS
EQUITIS ET PRAELATI
A SUPREMIS DIGNITATIBUS CORONAE REGNI LONGOBARDI VENETI
CAPELLANI
ABBATIS COMMENDATARII PERPETUI S. CYPRIANI DE MURIANO
PATRIARCHAE VENETIARUM DALMATIAEQUE PRIMATIS
VENETARUM PROVINCIARUM METROPOLITAE
ETC. ETC. ETC.

PRAESULIS PIISSIMI

PATRIS OPTIMI

MAECENATIS MUNIFICENTISSIMI

IN

GRATISSIMI ANIMI

NEC NON

PROFUNDISSIMAE VENERATIONIS

SIGNUM

FILIALI CUM DEVOTIONE

D. D. D.

Ex Archaeologia Biblica.

1.

Patriarchae animae immortalitatis fidem excolebant

2

Theocratia in populo Hebraico, in sua quidem exteriori forma saepe mutata, demum cum morte Salvatoris finem accepit

3.

Legislatio Mosaica omnium populorum, quibus Divinae Revelationis lumen non affulsit, legislationibus longe praestat

4

Finis Legis Christus. Rom 10, 4

5.

Lex talionis, prout in populo Hebraico usu veniebat, nec in se iniqua, neque atrox fuit, sed opportunissimum erga crimina munimentum.

6.

Leges de immunditie et purificationibus non tam igienicum, quam religiosum finem respiciebant

Ex Introductione in LL. SS. V. F.

1.

Integritas ss Librorum quasdam accidentales nulliusve momenti mutationes non excludit

2.

Divina Inspiratio ad singula ss. Librorum verba non est extendenda.

3

Pentateuchus opus est Moysis genuinum

4

Dies Creationis sunt dies naturales.

5

Liber Jonae Prophetae non parabolam, sed historicam narrationem refert

6.

Vulgata non ita a Concilio Tridentino authentica declarata est, ut in omnibus cum Hagiographorum autographis omnimode concordet.

Ex Introductione in LL. SS. N. F.

1.

Communis quatuor Evangelistarum finis est ostendere, Jesum Nazarenum esse Messiam a Deo Patriarchis promissum, eumque Deum verum et hominem verum.

2.

In Libris sacris Novi Foederis mythi non exstant.

3.

S. Paulus et S. Jacobus quoad Justificationis doctrinam non invicem pugnant.

4.

Epistola ad Hebraeos opus est D. Pauli genuinum.

Ex Hermeneutica Biblica.

1.

Infallibilis sacros Libros interpretandi regula est Ecclesiae catholicae magisterium.

2.

Sacer Interpres, ut genuinum Sacrorum Librorum sensum eruere valeat, Philologiam et Archaeologiam biblicam accuratissime dignoscat oportet.

3.

Contextus diligentissime investigandus.

4.

Omnis tum Christi tum Apostolorum *dogmatica accommodatio* penitus rejicienda est.

5.

Leges Ecclesiae circa Sacrorum Librorum lectionem prudentissimae sunt ac salutares.

Ex Theologia Dogmatica.

1.

Sola Ecclesia Catholica est salvifica.

2.

In Sanctorum canonizatione Ecclesia infallibilis est.

3.

Romanus Pontifex aliquid *ex cathedra* definiens gaudet infallibilitate

4.

Jesus Christus pro omnibus hominibus pretium Redemptionis persolvit

5.

Christus ex humanae, quam assumsit, naturae conditione, tormenta passus est.

6.

Praedestinatio ad gloriam post praevisa singulorum merita contingit.

7.

Nemo damnatur, nisi ex propria culpa.

8.

Divinae Revelationis mysteria, licet rationi impervia, eidem tamen non sunt contraria.

Ex Historia Ecclesiastica.

1.

Maxima, quibus Societas fruitur, bona a Christiana Religione promanarunt

2

Magna quovis tempore Societati ab Ordinibus Religiosis bona profluxerunt

3.

Foedum est hostium Ecclesiae Catholicae de Joanna Papissa commentum

4.

Romani Pontifices decus Italiae semper, saepissime et salus, extiterunt.

5.

Nullus justioribus innititur titulis, quam Romanorum Pontificum, civilis Principatus.

6.

Romano Pontifici, ad munera sua in praesentibus rerum adjunctis facilius feliciusque expedienda, civilis Principatus omnimode necessarius.

7.

Rigidissimas poenas temporales, quibus Haeretici aliquando plexi fuere, Ecclesia catholica neque edixit, nec unquam probavit.

Ex Jure Canonico.

1.

Absurda est propositio, quae Ecclesiam a Statu separandam esse proclamat.

2.

Placet Regium et *Exequatur* durissimae sunt Ecclesiae compedes.

3.

Ordinum Religiosorum suppressio, quam nefarii homines intentant, iniqua est, Ecclesiae catholicae injuriosa et ipsius Societatis bono contraria.

4.

Matrimonium civile, ubi Concilium Tridentinum viget, turpis est concubinatus.

5.

Matrimonium Clericorum cum ipsorum officiis difficillime sociatur.

Ex Theologia Morali.

1.

Ethica Christiana omnium Philosophorum placita longe antecellit.

2.

Lex jejunii, prouti ab Ecclesia praecipitur, homini maxime salutaris.

3.

Licet sequi opinionem probabilem, relicta tutiori aeque probabili.

4.

Temeraria eorum est propositio, qui ad confessiones rite suscipiendas generalium scientiae Moralis principiorum notitiam sufficere contendunt.

5.

Quidquid boni nostri aevi Philanthropia se reperisse ac praebere gloriatur, jam multo prius, copiosius feliciusque a Christiana charitate exhibitum est.

6.

Ab Ethicae Christianae diligenti custodia omnium Societatis ordinum harmonia populorumque felicitas exsurgit.

Ex Theologia Pastorali.

1

Parochus, ut munere suo rite fungatur, probis moribus instructus, et in universa Theologica scientia solide sit institutus oportet.

2.

Parochus, ut cum animarum fructu procedat, praeluceat exemplo

3.

Parochus, ut animarum salutem opportune promovere queat, indolem sui gregis suique aevi diligenter respicere debet.

4.

Parochus, qui suam et ovium suarum pietatem excitare fovereque cupit, mentalis orationis exercitio diligentissime incumbat.

5

Piae sodalitates, si rite dirigantur, bonis moribus instituendis excolendisque maxime inserviunt.

6.

Parochus devotionem erga Beatissimam Virginem sedulo promovere studeat.